néque versatur. Assentator nanque est, qui plura, quàm sit par, adsintque cuipiã, arrogat. At infensus, inimicus, qui derogat etiam quæ adsunt. Quorum neuter iure laudandus accedit. Inter quos medius est amicus, quippe qui nec plura præsentibus cuiquam astruit, neque, quæ minimè conueniant laudauerit, neque econtrario imminuet, neque omnino aduersabitur, præterquàm existimetur tribuendum. Huiusmodi igitur est amicus.

CAPVT XXXIII.

VEritas, inter dissimulationem, & iactationem siue arrogãtiam media est, quæ in oratione versatur, non omni. Gloriosus nimirum est, qui plura, quàm adsint, sibi arrogat, aut scire fingit quæ non nouerit. Huic contrarius dissimulator, pauciora, & minora esse sua simulans, quique nouit diffitetur, occultátque quæ cognoscit. Neutrum horum facit verus: neque enim plura, neque pauciora, quàm quæ sibi affuerint, confinget, sed ea demum & esse sibi, & scire dicet, quæ teneat. Sint denique hæ ipsæ virtutes, an secus, alia fuerit consideratio. At quòd medietates iam memoratorum, hinc certum est, quòd qui ad hæc viuunt, laudibus exornantur.

CAPVT XXXIIII.

CONsequitur vt iam de iustitia dicamus, quid sit, & in quibus, & circa quę: si prius tamen quid sit iustum siue ius, exposuerimus. Est sanè iustum duplex: vnum quidem, ex lege. Iusta siquidem perhibent, quæ lex iubet. At lex, fortia, & temperata nos facere iubet, prorsúsque cuncta, quæ ex virtutibus dicuntur. Et proinde iustitiam, perfectam quandam esse virtutem dicunt. Nam si iusta sunt, quæ lex facere præscribit, lex autem quæ ex omnibus virtutibus sunt, mandat: qui igitur ex lege iustis obtemperat, perfectã nanciscitur probitatem. Proinde ius, & iustitia, virtus quædam perfecta est. Vnum itaque quoddam iustum in his, & circa hæc. Verumenimuero neque id iustum, siue ius, neque eam quæ circa ea versatur, iustitiam quærimus. Hoc nanque modo iusta, quatenus per sese à iusto sunt. Nam temperans, & fortis, & continens, per sese est eiusmodi. Sed iustum indagamus, quod ad alterum refertur, aliud sanè, quàm quod dictum est ex lege iustum. Nam non est per sese esse iustum, quod in aduersus alterum iustis comperitur.

A ὁ δὲ κόλαξ, ἔστιν ὁ πλείω τῆς προσήκοντων καὶ ὄντων προσιδεῖς. ὁ δὲ ἀπεχθητικὸς, ἐχθρὸς, καὶ τῆς ὑπαρχόντων στερεωρῶν. ἀμφότερος οὐκ ὀρθῶς ἐπαινετός ἐστιν. ὁ δὲ φίλος κατὰ μέσον τούτων. ὅτε γὰρ πλείω τῆς ὑπαρχόντων προσθήσει, οὔτε ἐπαινέσει τὰ μὴ προσήκοντα. οὔτε αὖ πάλιν ἐλαττώσει ποιήσει, οὔτε παντὸς ἐναντιώσεται παρὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ. ὁ μὲν οὖν φίλος τοιοῦτος.

B Κεφάλαιον λγ.

ΑΛήθεια δ' ἐστὶ μεταξὺ εἰρωνείας καὶ διαζονείας. ἔστι δὲ περὶ λόγοις, οὐ πάντας δέ. ὁ μὲν γὰρ διαζών ἐστιν ὁ πλείω τῆς ὑπαρχόντων αὐτῷ προσποιούμενος εἶναι, ἢ εἰδέναι ἃ μὴ οἶδεν. ὁ δὲ εἴρων, ἐνδυτικὸς τούτῳ, καὶ ἐλάττω τῆς ὑπαρχόντων αὐτῷ προσποιούμενος εἶναι, καὶ ἃ οἶδε μὴ φάσκων, ἀλλ' ὀπικρυπτόμενος τὸ εἰδέναι. ὁ δὲ μέσος, οὐδέτερος τούτων ποιήσει. οὔτε γὰρ προσποιήσει πλείω ὑπαρχόντων αὐτῷ, οὔτ' ἐλάττω· ἀλλὰ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ, ταῦτα φήσει εἶναι καὶ εἰδέναι, εἰ μὴ τῶν εἰσὶν αὐτῷ ἀρεταὶ, ἀλλὸς ἀν εἴη λόγος. ὅτι δὲ μεσότητές εἰσι τῆς εἰρημένων, δῆλον· οἱ γὰρ κατ' αὐτὰς ζῶντες, ἐπαινοῦνται.

Κεφάλαιον λδ.

ΠΕρὶ δὲ δικαιοσύνης λοιπὸν ἀν εἴη εἰπεῖν τί ἐστι, καὶ ἐν τίσι, καὶ περὶ ποῖα. πρῶτον μὲν ἂν εἰ λάβοιμεν τί ἐστι τὸ δίκαιον. ἔστι δὴ διττὸν τὸ δίκαιον· ὧν τὸ μὲν, νόμον ἐστί. δίκαια γὰρ φασιν εἶναι, ἃ ὁ νόμος προστάττει. ὁ δὲ νόμος κελεύει τὰ δίκαια πράττειν, καὶ τὰ σώφρονα, καὶ ἁπλῶς ἅπαντα ὅσα κατὰ τὰς ἀρετὰς λέγεται, διὸ καὶ (φασὶ) δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη τελεία τις ἀρετὴ εἶναι. εἰ γὰρ δίκαια μὲν ἐστιν ἃ ὁ νόμος κελεύει ποιεῖν, ὁ δὲ νόμος τὰ κατὰ πάσας ἀρετὰς ὄντα προστάττει· ὁ ἄρα τοῖς κατὰ νόμον δικαίοις ἐμμένων, τελείας ἀποδεικτικὸς ἂν. ὥστε ὁ δίκαιος καὶ ἡ δικαιοσύνη, τελεία τις ἀρετή ἐστιν. ἐν μὲν δὴ τῷ δίκαιον ἓν τε τούτοις ἐστὶ, καὶ περὶ ταῦτα. δικαία μὲν οὐδὲ τοῦτο τὸ δίκαιον, οὐδὲ τιμῶ περὶ ταῦτα δικαιοσύνῃ ζηνῶμεν. (κατὰ μὲν γὰρ ταῦτα δικαία ἐστὶ, καθ' ἑαυτὸν ὄντα δίκαιον εἶναι). ὁ γὰρ σώφρων καὶ ἀνδρεῖος, καὶ ἐγκρατὴς, καὶ ἀυτὸς καθ' αὑτὸν ἐστὶ τοιοῦτος.) δικαία τὸ δίκαιον τὸ εἰς ἕτερον, ἀλλὸ τῶ εἰρημένου κατὰ νόμον δίκαιον ἐστιν· οὐ γάρ ἐστιν ἐν τοῖς εἰς ἕτερον δικαίοις οὖσι, καθ' αὑτὸν εἶναι δίκαιον.

C

D

E

F

τοῦτο